



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis**

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum

Qvae Complectitvr Mysteria Diuinitatis, Trinitatis, & perfectionum Dei: ac  
de beneficiis eius in homines, naturalibus & supernaturalibus

**Puente, Luis de la**

**Coloniae, Anno M.DC.XII.**

Med. 49. De Speciali Dei Prouidentia erga Prædestinatos, de eorum  
Beatitudine, & perseuerantia in Dei gratia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-38214](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-38214)

## MEDITATIO XLIX.

DE EXACTISSIMA DEI  
Prouidentia erga Prædestinatos, &  
bonam eorum mortem, ac per-  
seuerantiam in gratia, & quàm  
sit præstans beneficium hoc  
prædestinationis.

**S**UPREMUM beneficium, quod  
nobis Deus confert in hac vita,  
est, quòd sua Diuina prouiden-  
tia, ita res nostras disponat, ut  
piam mortem, in eius gratia &  
amicitia obeamus. in qua morte tota consistit  
nostra salus; & propterea in ea, compendio  
continentur omnia beneficia prædestinato-  
rum, de quibus Apostolus ait: multos Deus  
prædestinauit, conformes fieri imaginis filij sui:  
quos autem prædestinauit, hos & vocauit, &  
quos vocauit, hos & iustificauit: quos autem ius-  
tificauit, illos & glorificauit. Quibus verbis  
tria singularia beneficia prædestinatorum in-  
dicat. Primum est, quod eos vocet ante mortem,  
ita ut re ipsa iustificentur. Secundum quod eos  
iustificet, ita ut in ea iustitia ad mortem usque  
perseuerent; ex quo sequitur Tertium, ut eos  
glorificet græmio æternæ gloriæ. Prouiden-  
tiam ergo Dei circa hæc omnia, vocamus  
PRAEDESTINATIONEM; cuius  
causas, effectus, & signa expendemus pro-  
ratione

a Rom. 8.  
29.

ione nostri instituti, & ad nostram consolationem, & utilitatem.

*S. Thom. 1.  
p. 2. 23.*

## PUNCTVM I.

**P**RIMO est consideranda exactissima providentia Dei D. N. circa vocandos & iustificandos nonnullos peccatores ante mortem; eò quòd illos ad cælum prædestinauerit. Hæc **VOCATIO** adeo singularis, in eo consistit, ut tali tempore & opportunitate, tanta frequentia & efficacia inspirationum, totque internis externisque pulsibus eos vocet, ut tandem consentiant vocationi Diuinæ, & consequantur gratiam iustificationis; sicut evenit bono illi a *latroni* in cruce; & interdum adhibet etiam media extraordinaria, & quasi prodigiosa, sicut quotidiana experientia nos docet: *de qua re sunt aliqua dicta supra Meditatione 27.* Deinde consideranda est specialis providentia eiusdem Dei D. N. circa **MORTEM** iustorum, qui sunt prædestinati, ut perseveret in eius gratia, & in ea, vltimū diem suum obeant. Nam *primò* eos prævenit singularibus fauoribus, ne tentationibus succumbant; & præservat à multis, quæ illos potuissent deijcere: dirigit item modum & genus mortis, quæ illis ad salutem consequendam magis convenit, siue id sit cum ingentibus doloribus, siue cum exiguis; siue sensim, siue repente, *ne malitia mutet eorum cor*, aut prævidentes iam accedere sibi horam mortis, grauius affligantur. Quosdam deducit per  
magnos

*a Luca. 23.*

*42.*

*b Sapi. 4. 14*

*Triden. se.  
sio. 6. can.  
26.*

*c Matt. 10.*

*22.*

*S. Thom. 1.*

*2. q. 109. a.*

*10. q.*

*144. a. 9.*

magnos timores, ne euanescent, & per superbiam pereant: alios per magnas consolationes, ne deficient, aut pereant per diffidentiam: quosdam singularibus prosequitur fauoribus, tanquam præmijs singularium seruitorum.

**DENIQUE** per media admiranda & secreta, dat illis perseverantiæ donum; de quo dixit ipse Christus Dominus: *c qui perseverauit usque ad finem, saluus erit.* & quoniam hoc donum non cadit sub nostrum meritum, illud est demisse à Deo petendum, & Sancti orandi, ut et ipsi pro nobis petant; idque faciendum nobis est per feruentes orationes; quæ & illæ medium sunt prædestinationis. O Deus æternæ, cuius opera sunt perfecta: siquidem in me cepisti opus salutis meæ, imponas illi perfectè finem; donum perseverantiæ mihi donans, quo tandem obtineam coronam. O Sancti cælestes, quibus Deus hoc donum concessit, impetrate & illud mihi; supplicantes ei, ut talem mei prouidentiam, & mortis meæ gerat, ut sit principium æternæ uitæ meæ. Amen.

PUNCTVM II.

**I.**  
*Ephes. 1. 5.*

**D**EINDE considerandæ sunt causæ, ex quibus altissimum hoc beneficium prouenit, ut illud obtinendi spem habeamus.

**PRIMA** causa, est infinita **BONITAS** & **MISERICORDIA** Dei; quæ videns omnes

homi-

homines naturâ suâ esse instabiles; & ob suam libertatem & simul imbecillitatem, facile esse, vt omnes perirent, resistentes medijs generalis ipsius prouidentiae, voluit aliâ maximè singularem de aliquibus gerere; in quibus, absque meritis eorum a ostenderet ipse, a Rom. 9. 23. (vt ait Apostolus) diuitias gloriae suae, quos propterea appellat vasa misericordiae, qua praepraeparauit in gloriam suam, sicut Meditatione 12. perpendimus.

II.

SECUNDA causa est, infinita MERITA Christi D. N. propter quae voluit aeternus Pater, certam aliquam familiam electorum illi b Rom. 8. 29. assecurare, b qui conformes essent imaginis ipsius, vt essent ipse primogenitus in multis fratribus, illi similibus in Esse gratiae & gloriae, sicut erant in natura. Ex quo fit, vt quamuis tã praedestinati pauci sint respectu eorum, qui sua culpa perierunt, reijcientes conformitatem ipsius Christi; absolutè tamen (vt ait S. c Apocal 7. 9. Ioannes) c est illorum turba magna, quam dinumerare nemo potest: sic enim decebat magnitudinem misericordiae Dei, & dignitatem Saluatoris, & efficacitatem meritorum eius.

Ex duplici hoc fonte, magnos concipiunt gaudij affectus, ob hanc electionem tot praedestinatorum à Deo factam; & confidam, me vnum esse eorum; siquidem salus meae talibus nititur pignoribus; si tamen, vt, qui d 2 Petri. 1. ad Christianismum sum vocatus, d satagam, o. (vt

(vt ait S. Petrus) *per bona opera, certam meam vocationem & electionem facere.* nam ex parte Dei, nunquam mihi deerit sufficiens auxilium, ad obtinendam perseuerantiam, & bonam mortem; quamuis ipsius Diuina Maiestas velit, id totum esse mihi occultum, ne quid de Diuino eius seruitio remittam. Ne itaque anima mea, nimis anxietatibus turberis; sed confidenter proijce te in manus adeo beneuoli Patris, & misericordis Redemptoris, sperans, finituros ipsos perfectè opus, quod sua gratia in te cœperunt. Et quandoquidem ea est eius volûtas, vt tam prædestinatio ipsa, quam perseuerantia tua tibi sit occulta, lauda illum idcirco, & desiste ea scrutanda, neque enim par est velle scire, quod nõ voluit Deus eeurlare, e *sed* ( vt ait Sapiens ) *qua præcepit tibi Deus, illa cogita semper, vt illa impleas; & sic peruenies cum prædestinatis, ad fruendum præmio illorum.*

e Eccli. 3.  
22.

## PUNCTVM III.

**V**LTIMO considerabo, multa esse indicia & coniecturas, ad cognoscēdos eos, qui sunt prædestinati; quæ serio essent nobis procuranda, tum ad nostram consolationem, tum ad resumendum maiorem animum: siquidem nulla maior causa lætitiæ nobis esse potest, quàm *quod nostra nomina* ( vt ipse Saluator dixit ) *scripta sint in cælis.* Hæc signa sunt in primis, audire libenter verbum Dei, obedire occultis eius inspirationibus, conari eius mandata & consilia opere implere, nomina-

a Luca. 10.  
20.

tim

rim verò, omnia ipsius amore relinquere; frequentare Sacramenta & orationis exercitia, esse beatissimæ Virgini deuotum, & valde addictum ad misericordiæ opera exercenda; & ipse continuus timor Dei & iudiciorum eius, signum est prædestinationis. eum enim imprimit cordi nostro Deus, vt vineæ nostræ bonus sit custos. Denique per hæc, quæ diximus, b ipse Spiritus Sanctus (vt ait Apostolus, & explicat S. Bernardus) testimonium reddit internum Spiritui nostro, quod simus filij Dei, si autem filij, & coheredes Christi! O Rex æternæ, supreme c Pastor, cuius oues in eo cognoscuntur, quod vocem tuam audiant, & vitam tuam imitentur; concede mihi, vt quæ mihi dicis, audiam; & quæ mandas, exequar; vt pignus hoc habeam, quod sim ouis electi tui gregis, & in die iudicij, me ad tuam dexteram colloces, & in regnum tuæ gloriæ tecum deducas. Amen.

*Ad tollendam anxiam sollicitudinem nostram per seuerantiam & prædestinationis, iuuerit diligenter expendere, quæ Meditatione 31. sunt posita. vt vero eandem securiorem reddamus, eo modo quo hic fieri potest, plurimum iuuerit, quæ proxime sequitur Meditatione.*



b Roma. 8.  
16.  
Serm. 2. de  
Octa. pasch.  
c Ioan. 10. 3.